Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30678
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

corruptibile / de templo dei sancto in
mundicie / de habitaculo spiritus sancti / tugur-
ium dyaboli / que incedebas cum fiducia
ut columba / nunc lates in tenebris ut
bestia   ysidorus de summo bono / Multis
argumentis insidiatur dyabolus eis
qui renunciauerunt seculo / ut eius se-
quentes amori substernat grauius aut
alios concupiscenciis facit quod post
renunciationem ad amorem mundi re-
deunt   Bernardus in epistola habet quidem
christus multos milites / qui fortiter
ceperunt / steterunt / vicerunt / paucos
aut qui de fuga conuersi rursum se
periculis ingesserunt quam declinaue-
runt rursus fugarent hostes quos
fugiebant Idem Si pugnando
morieris non mortuus statim co-
ronaberis / ve tibi declinando pug-
nam / perdis / scilicet victoriam simul
et coronam   Super cantica Sep-
ties cadit iustus / et septies resur-
git / si tamen cadat in die ut se cadere
uideat et cecidisse sciat et resurgere
cupiat et requirat manum ad-
iuuantis / et dicat domine in uoluntate
tua p. d. m. v. aud. f. t. a. a.
f. s. conturbatus /

De consuetudine Gregorius
in moralibus Usitata culpa obli-
gat mentem ut nequaquam surgere
possit ad rectitudinem conatur.
et labitur. quia ubi diu perstitit ibi
et cum noluit coacta cadit

Super ezechielem / frontem cordis imp-
udentem atterit culpa frequens.
ut quo crebrius committitur eo secu-
rius committentis animus non uerecundatur
In registro / si praue rei additus
quam diu patescat non clauditur.
ipsa fit latior. et consuetudine erit
licitum quod racione esset prohibitum
Idem in moralibus libro iiii et cetera
Difficile surgit quem moles consue-
tudinis premit   ysidorus in sinodo diffi-
cultas mores facit unicus usus in
naturam se uertit   de summo bono
Cogitatio praua delectationem parit.
delectatio consensionem. consensio actionem.
actio consuetudinem. consuetudo necessi-
tatem /   augustinus contra iulianum de li-
bero arbitrio / Confessio ista geni-
talium concupiscentiam que ingenita nobis
est per originale peccatum uehemencius
vidua quam virgo / uehemencius
meretrix. quam casta esse uoluit. quam
quia semper fuit casta confligit et
tanto mea amplius suspiranda volun-
tas laborabit. quanto maiores
ei consuetudo uires dedit   Idem
in glosa super lucam / facilius est [illegible]
ab ingressu quam ab incepto retinere.
praue consuetudinis renouacione
Ambrosius de officiis / usus cito infle-
ctit naturam   Seneca ... Mali
mala sua quod malorum est ultimum
amant tunc autem consummata est in-
felicitas ubi turpia non solum